



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis  
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

**Speranza, Giuseppe**

**Coloniæ Agrippinæ, 1659**

142. De paucitate salvandorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44265**

*D. Anton. in-  
fornarium pœ-  
narū memor,  
carnis vince-  
bat illecebras.*

*Tob. 6.*

*Hug. Car. ib.*

*Deut. 32.*

*In Prato  
fir. c. 141.*

*Matth. 17.*

*A* interminatam: exhorreō Tartarum, ut cui nimium infit calor: paveo tenebras, quoniam nihil admittunt lucis: formido pestiferum vermem, quoniam est perennis.

*D. magno Antonio Athanasius in Vi-  
ta: Ille, scilicet Diabolus, per noctes in pulchra mulieris vertebaratur ornatum, nulla omittens figura lasciviae: hic ul- trices gehennæ flamas, & dolorem ver- mium recordans, ingestæ sibi libidini op- ponebat. Ille lubricum adolescentiæ iter, & ad ruinam facile proponebat: hic æter- na futuri Judicii tormenta considerans, illæsam animæ puritatem per tentamen- ta servabat.*

*Ut prædestinati ex hujusmodi confide-  
ratione proficiunt! His saudè dicitur: Ex-  
entera hunc pīcem, & sol reponetib, valet e-  
nim ad unguendos oculos, in quibus fuerit al-  
bugo. & sanabuntur. Fel pilicis est pœna In-  
fernī. Exentera hunc pīcem, id est, Diabo-  
lum, inquit Hugo: hoc felle prædestina-  
torum oculi sanantur: hoc Iob. x, si quan-  
do eæcutiunt, illuminantur.*

*Vinam, utinam, & omnes homines sa-  
perent, & intelligerent, ac novissima provide-  
re. *DBern. ep. 292* rent. Quæ verba eleganter premens Ber-  
nard. in epist. ad quendam, qui ausus fue-  
rat Novitium dehortari à proposito. Utinam, inquit, saperes, quæ Dei sunt, intel-  
ligeres, quæ mundi sunt, provideres, quæ In-  
fernī sunt. profectò Inferna horrees, superna appeteres, quæ sunt mundi, con-  
temneres. Quæ quid m. optimè præstii: it  
ille, qui interrogatus Q. omodo sedes in  
hac spelunca? & quomodo toleras ætus,  
& cynipes? Ista, inquit, idè tolero,  
ut futuris cruciatibus liberer: idè cyni-  
pes facio. æternum metuens ignem:  
hæc e. imtemporalia sunt: illa verò finem  
nullum habent.*

### De paucitate salvandorum.

### PVNCTVM CXLII.

*A* sumpsit Iesu Petrum, & Iacobum, &  
Ioannem, fratrem ejus, & duxit illos in

*A* montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Duobus præcipue epithetis Salvando-  
Regius Vates Deum, ac Dominum no- rumpaucitatem appellat: Dulcis, & rectus Dominus. Psal. 2. 4.  
Sed quæ epithetorum connexio, dulcis,  
& rectus? Optima, inquit Cassiod. dulcis, Cassiod,  
ut ametur, rectus, ut timeatur. Hodie hujuscemodi gloriæ veluti ostensionem facit dulcis, ut ametur, sed in paucorum ocu-  
lis rectus, ut timeatur. Est conceptus Am-  
broſ. In eo, inquit, q. Dominus paucos fe-  
cum detulit ad intuendam gloriam Tras-  
figurationis, per paucos ostendit esse eos,  
qui cælestem gloriam sunt adepturi.

*D. Ambr. in  
c. 9. D. Luca.*

*C* Juvenis ille apud D. Lucam: Domine, *Luc. 13.*  
dic mihi, si pauci sunt, qui salvantur? Cui  
Dominus: Contendite intrare per angustam *Matth. 9.*  
portam. Quod jam alias dixerat: Lata por-  
ta, & spatio via est, qua ducit ad perditio-  
nem, & multi intrant per eam: angusta porta,  
& arcta via est, qua ducit ad vitam, & pau-  
ci intrant per eam. Quod similiter alias  
conclusit: Multi sunt vocati, pauci verè ele-  
cti. Quæ verba de fidelibus in specie, non  
autem de omnibus hominibus in genere  
intelligunt Chrys. Greg. & Orig.

*Facit ad hoc utilissimum punctum lo-  
cus Esdræ: Hoc seculum fecit Altissimus pro-  
pter multos, futurum autem propter paucos;  
cujus rei egregiam subiectit similitudi-  
neum. Ut minima totius terræ pars aurife-  
ra est, ea nimium, quæ præcipuis Solis  
radiorum favoribus gaudet: ita totius  
humanæ naturæ massa ea minima est por-  
tio, unde pretiosissimum prædestinato-  
rum gignitur aurum.*

*E* Adèd hoc verùm est, ut pauci, & electi Salvandi, &  
in sacris paginis inveniantur. synonyma. pauci synonima.  
Domine, à paucis de terra divide eos. Chald. in Scripturis.  
Domine, à justis, & ab electis divide eos. Sic Psal. 15.  
Euthym. A paucis, id est, à probis, qui Chald.  
pauci sunt, divide eos. In divino etenim Euth. ibid.  
vocabulario idem sunt pauci, & electi. Psal. 39.  
Reproborum ferè non est numerus. Mul-  
tipli cantur super numerum. Statutorum, hoc  
est, peccatorum, infinitus est numerus.

*In Apocal. Vidit Joannes mortem ve- *Apoc. 6.*  
lociter equitum: Et nomen illi (equiti Dammatorum)  
nimium, mors, & eodem celeri cursu post ingens numerus  
hunc*

hunc sequentem Infernum vidit: *Et Infernus sequebatur eum; quia scilicet, plurimi, qui moriuntur, damnantur.*

Isa. 535.

*Ubi Propheta quasi è specula vidisset, quām perditē homines vivant, quām Dei obliti, &c. Propterea, inquit, dilatavit Infernus animam suam, & aperuit os suum absque ullo termino.*

Isa. 30.  
Chald.  
Sept.  
Corn. à Lap.  
ibid.  
Infernus vallis  
profunda, &  
dilatata.

*Idem alio in loco: Preparata est ab heri Tophet, Chald. Gehenna, Sept. Vallis profunda. Ab heri, hoc est, à primo tempore, quo Angelis peccantibus est constituta: quod ita stabile perdurat, ac si heri cœpisset; quovis enim æternitas momento sic erit ardens ignis ille, ac si hodie arderet, & heri cœptus esset incendi. Ubi notandum Infernum vocari vallem profundam, ac dilatam; vallem, quia facilis descensus Averni; profundam, ac dilatatam, ob multititudinem descendantium.*

Apoc. 20.  
Salvandorum  
numerum un'  
libellus excipit,  
dammandi  
multos libros  
explent,

*Iterū in Apoc. Joannes quosdam vide libros, deinde librum: Libri aperiuntur, & aliis liber aperitū est. Quid hoc libri, & liber! Hi prædestinationis, ac reprobationis, vita, ac mortis libri erant. Suntne, Propheta, libri vita, ac mortis? Et aliis liber aperitū est, qui est vita, & iudicantur mortui ex his, quia scripta erant in libris. Ad conscribendos ergo præstinatos quasi libellus unus satis, præsciti verò libros complevit Gen. Vider Jacob scalam, & Angelos quasi manus porrigentes, & tamen excamat: Quātū terribilia. &c. q. d. Veltot administris pauci descendunt.*

Gen. 28.

*D. Petrus de Areca verba faciens: In qua, inquit, faci, id est, otto anima salve facta sunt. Es subdit, hujusmodi Arcam Ecclesiam referre.*

1. Cor. 10.

*Apostol. Nolo vos ignorare! Fratres, quoniam patres nesciri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare trausierunt, &c. Sed non in pluribus eorum beneficium est Deo, nam prostrati sunt in deserto. Hac autem in figura, Syrus, in typum, Vatabl. in exemplum facta sunt. O terrem! Egressa de Ægypto sexcenta ferè millia peditum, absque parvulis, & mulieribus, ex innumera hac multitudine duo solum, Josue scilicet, & Caleb, terram promissam ingressi sunt. Et Apostolus ait: id in figura contigisse, quod explicans Theodor. ait: Illa erant nostri ripotes. Theodor.*

*Arum typus, mare enim imitabatur piscesnam, seu lacuum, nubes gratiam Spiritus, Moyses Sacerdotem, virga Crucem, Israel verò significabat eos, qui baptizabantur. Egressio igitur, ac transitus per mare, baptizatorum, ac vocatorum multititudinem refert. Quid nunc duo illi? paucitatem salvandorum.*

*Quid miramur? quomodo se se mun- Gen. 6.  
dus habet Ferè dixerim, ut tunc, omnis  
quippe caro corrupti viam suam.*

*Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? Psal. 14. (Faciamus hic tria tabernacula.) Chald. Qui Chald. dignus est, ut habiteret in tabernaculo tuo? Qui ingreditur sine macula. Hebr. Qui ambulat perfecte, vel in perfectione. Genebrard. Preceptorum, & via, non patria. Sed quis ambulat in hac perfectione? quis servat mādat? quis operatur justitiam? Specialem. quis restituit? quis solvenda non differt? quis fecit promissis Universalem: quis ope- Hebr. ratur bonum, &c. Qui loquitur veritatem in corde suo, Vah! hodie veritatem? Nec egit dum in lingua sua, Felix: Qui non dicitur David docere. traxit Hieron. Qui non est facilis in lingua Hieron. sua. Et quis non est facilis mundus derritoribus torus refertus est?*

*Hinc digni sunt, qui habitent in tabernaculo illo? Homines tam imperfecti? Quò nihil coquinatum intrat, eone in- gredientur, tam commaculati? Fierine potest, ut sic viventes transferri in cælum credamus? Regnum cælorum vim patitur à diebus Joannis, qui non delicias, sed pœnitentiam prædicavit.*

*Summoperè curandum est, Fratres, ut inter paucos, non inter multos invainiamur. Heu! heu! si solummodo, unus in mundo damnandus, quis non cum force se futurum pertimesceret? Unus vestrum metraditurus est, Et perterritus quisque: Nunquid ego sum, Domine? Damnandi sunt multi, ac penè innumeris, & non timemus? &c.*

*Sed audiamus, achorreamus. Legitur Eremita quidam in libro de ortu Chartuisen. quid Innocē- vidit animas tius VI. Papaæ, patria Lemovicensis, Ca- hominum, sicut nonista præcipuus, cum adhuc Cardina- deram nivem lis esset, sanctum quandam Eremitam ad Inferna visitare solebant, qui cum quadam die decidere, & cum suis ad eum venisset, vixit. Dei ostium pulsari*

zantum tres  
ad cœlestia  
regna com-  
mire.

Efcul. temp.  
ad am. 1343.

D. Vincent.  
fr. 6. in Se-  
ptuag.

Mari. Polon.  
in Prompt.  
a. 18.

Specul. exempt.  
ad d. 9. exempt.  
82.

pulsari fecit. Sed cum neque vox, neque sensus aliquis percipi potuisse, irruentibus tandem aulicis in cellam ejus, ac ipsum extimulatibus, & quasi mortuum excitantibus, clamavit ille voce magna: O! ò vidi mirabilia, vidi horribilia. Sciscitanti vero Cardinali diligenter, qua viserat, respondit: Ductus ad Infernum, vidi decidere animas, sicut nives densissimas, aërem obnubilantes: ad Purgatorium verò sicut nivem rarissimam led ad Paraditum tautum tres introire vidi animas, illius scilicet Episcopi, & illius Prioris Chartusiensis, ac illius viduæ Romanæ, singulas nominans personas. Cardinalis igitur vir prudens, veritatem scite volens visionis missis hinc inde nunciis, comperit, animas illas eadem hora corpore solutas.

D. Vincentius Ferrerius narrat, quod illa hora, qua B. Bernardus de hoc saeculo feliciter migravit, trigesinta hominum milia decesserunt, inter quos fuit quidam Decanus Ecclesie Lingonensis, laudabilis vita, dum dixit. Hic mundanos fugiens honores, vitam elegit solitariam in quadam cetero, in qua per annos viginti quinque versatus est. Obiit etiam eodem die, quo B. Bernardus, hic Decanus, qui post mortem apparuit Lingonensi Episcopo, cum magna gloria, & pro ipsis Episcopi, & omnium hoc audientium admonitione, dixit ei: Age penitentiam, remenda vitam, corrige conscientiam, dimitte superbiam, simul & avaritiam, aliter nunquam habebis calestem gloriam: non enim tam facile est salvati hominem, sicut credunt, quoniam dum ego praesenterer tremendo Dei Judicio, affuerunt ibi trigesinta milia animarum, de quarum numero vix B. Bernardus, & ego sumus salvi, tres descendentes in Purgatorium, ceteræ omnes ceciderunt in Infernum. His dictis disperauit.

Quid ais? In utraque aurem dormis? ut quoque salvari credis? omnes securos, & electos arbitris? Fallaris: pauci, pauci sunt, qui salvantur comparatione eorum, qui damnantur. Quomodo si pauca oliva, quæ remanserunt, excutiantur ex olea, & rase mi, cum fuerit finita vindemia. Hilevabunt Speranza Scripturae selectæ.

A manum suam, atque laudabunt nomen Domini. Ubi Lyran. Post excusationem olyvarum, ac vindemiationem, paucæ remanent olivaræ, & pauci racemi, sic in Judicio supra. pauci erunt electi comparatione damna torum.

## B Inferni, ac Paradisi antithesis.

## PUNCTUM CXLIII.

**J**ob: Dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum, antequam uadam, & non revertar ad terram tenebrosum, & operam mortis caligine, terram miseriae, & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Infelix haec terra Infernus est: huic ex diametro operosa Paradisus. Quid est Infernus? terra est palpabilis, ac horribilis tenebris plena: sine ullo vel minimo lucis radio, quia ignis ille calorem habet, & concremat, lucem non habet, nec radiat, nisi quantum personæ tristes, ac vultus illi terrifici, & nocti similes, ut ait Basil, vindentur. Ad terram tenebrosum, & operosam mortis caligine. Per mortis caliginem intelligit D. Thomas originale peccatum, D. Thom.

**D** & cetera finalia poenæ, & culpæ, qua ex ipso proveniunt. Cogita itaque locum peramplum, & hunc totum repletam tenebris, & peccato: locus etenim ille totus est veluti massa peccati eundem replens, ut quoquid te verras, non nisi peccatum videoas, blasphemias, & maledictiones audiias: nam ut in peccato miseri mortui sunt, sic in eo miserrime perseverant. Avarus semper aurum sicut, luxuriosus luxuriari desiderat. *Anima impii desiderat malum*, inquit Salomon; sed Desiderium peccatorum peribit, inquit David: nam voti compotes non sient, qui peccati affectum habent. O terram! O terram verè opertam mortis caligine!

Sed eleva nunc mentis oculos ad terram Gessen, terram optimam filiorum Israhel Ägyptiacis carentem tenebris, quin miro fulgentem lumine: spatium

Damnatorum  
peccandi desi-  
derium im-  
mortale.

Prov. 21.

LII enim